



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De euangelio Marci. Cap. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERVM MEMO. LIB. II.

ADVENTVS PETRI IN VR-

bem Romam. Cap. XXI.

**C**ontinuo nanc̄ in ipsis Claudijs temporibus, p̄ diuinam prouidentiam Petrus apostolus fundata prius Antiochij ecclesia, ad urbem Romā cum honore deducitur, afferens secum de orientis partibus, vt cælestis quidam negotiator diuini luminis mercimonia, si quis sit cōparare paratus. Cuius magnifica autoritate statim clarum urbi delumen orientur, & Simonis fraus cum suo autore extinguitur.

**HAYMO:** Tantam igitur prædicādi habet gratiam, vt vniuersorum mentes placido illustrans sermone traxerit, Christi nomen in capite regnum celebre fecerit in breui, & hoc quidem pulchre diuina dispositione actum est, vt ibi tāto glorioſius titulus salvatoris erigeretur, quanto cōtumeliosius in initio filii spretus, ibidem à Romanis fuerat ipse salvator.

COMMENDATIO PHILO-

nis & conuersio.

Caput XXII.

**E** tempore Philo Hebræorū scriptor, de quo supra memorauimus, subtilissimus, in sensib⁹, profundus, & affluentissimus eloquentia, copiose inueniens, & copiosius eloquens, Petro apostolo prædicanti adhæret. Qui deniq̄ nobis in multis libris ingenij monumenta reliquit.

DE EVANGELIO SECVN-

dum Marcum.

Caput. XXIII.

B ij

## HAYMO DE CHRISTIA.

**T**unc Marcus scribit euangelium hac occasione  
Cum sola Petri auditio nō sufficeret magna eū  
audientibus auditate, magnis precibus rogant  
Marcum discipulum eius, ut prædicationem scripto  
cōmendaret memoriae. Clemens in vi. dispositionū  
libro: Petrus vero ut religioso se spoliatum compe-  
rit furto, delectatus est, factumq; confirmauit in per-  
petuo, legendum ecclesijs tradit. Postmodum vero  
Marcus hoc idem euangelium apud Aegyptum mis-  
sus à Petro prædicat, & primus apud Alexandriam  
leuatur in episcopum, vbi multos lucratur populos,  
magnæ sobrietatis & continentiae exemplo. Interea  
Paulo apostolo ab Hierusalem in circuitu, & vsq; ad  
Illyricum prædicare, Claudius imperator Iudæos tu-  
multuantes vrbe depellit. Tunc Aquila & Priscilla cū  
cæteris expulsis, veniunt in Asiam, ibi q; cohæret Apo-  
stolo, ecclesiæ fundamenta iacenti.

IOSEPHVS, QVAE IVDAE-  
is acciderunt mala. Cap. XXIII.

**T**unc vero Agrippa apud Hierosolymā regnā-  
te, procuratore vero prouinciæ Felice, Claudio  
adhuc in imperio perdurante, tanta Iudæis acci-  
dūt mala, ut ipso die Paschæ seditiōe exorta, de his so-  
lis qui in foribus ecclesiæ constipatione populi mor-  
tui sunt, triginta milia computentur, vbi & Ionathas  
pontifex interficitur. Ea tempestate Aegyptius qui-  
dam magus & arte magica simulās se esse prophetā,  
ex omni parte congregans Iudæos, promittens eis li-  
bertatem antiquam & liberationem ciuitatis fug, eo  
rum auxilio fretus per desertum venit vsq; ad montē